Año 22.° Viernes 6 de Agosto de 1875. N.° 9.°

✝

# BOLETIN ECLESIÁSTICO

## DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

*Venerable Clero y amados diocesanos nuestros:*

Con alegría muy propia de hijos amorosos y la profunda veneracion que nos merecen en toda ocasion las palabras siempre tiernas de nuestro Santo Padre, hemos recibido y leido la siguiente carta de contestacion á la que por Nos y en vuestro nombre le dirigimos con motivo de las solemnidades celebradas en Roma en honor de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo: Dice así:

Venerabili Fratri Narciso, Episcopo Salmantino et Administratori Apostolico Civitatensi:

Pius P. P. IX.—Venerabilis Frater salutem et Apostolicam benedictionem. Nonpotuimus non peculiari cum affectu respicere tuas amantíssimas litteras ad Nos datas occassione solemnium quæ in honorem B. B. Apostolorum Petri et Pauli celebravimus. Vota enim Ven. Frater, quæ in iis litteris pientissime expressisti, pro Nobis, pro Sancta hac Sede et christiano populo

Universidad Pontificia de Salamanca

plene omnino respondebant votis ac desideriis, quæ nos intimo animo fovemus, et quorum causa assiduas preces ad Deum dirigere non omittimus; Gaudemus autem, quod ipsi etiam tui fideles in iisdem bonis á Deo postulandis Tibi unanimi affectu conjungantur. Pro hoc itaque eximio pietatis officio Tibi, Ven. Frater, tuisque fidelibus sinceræ nostræ dilectionis sensus testamur, et á Divina Clementia Vobis cœlestium gratiarum munera imploramus ex corde, ut bonis, operibus fideliter inhærendo, potenti ejus protectione in tot hujus vitæ tribulationibus defendi semper mereamini. Cupimus demum omnis prœsidii et consolationis auspicem esse Apostolicam Benedictionem, quam Tibi, Ven, Frater, cunctoque Clero ac fidelibus tuæ pastorali vigilantiæ concreditis in pignus singularis charitatis nostræ peramanter in Domino impertimur.

Datum Romæ apud S. Petrum die 10 Julii anno 1875.— Pontificatus Nostri anno tricesimo.

PIUS P. P. IX.

Mártir de la verdad y del derecho todavia el invicto sucesor del príncipe de los Apóstoles, tiene palabras de consuelo para nosotros. Las amargas aguas de la tribulacion nada han debilitado su caridad paternal que estiende á todos; y mientras defiende sin tregua los derechos de la Santa Sede que considera lastimados, si por ventura se acuerda de sus propios dolores y sufrimientos, es solamente para aplicarlos á nuestra salud y mayor aprovechamiento, repitiendo con el Apóstol: «*Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute sive consolamur pro vestra consolatione sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute.*»

Correspondamos al menos á tanta solicitud recibiendo con agradecimiento la bendicion que como prenda de su amor paternal se ha dignado concedernos y que

Universidad Pontificia de Salamanca

sea garantía de abundantes favores de parte de la divina bondad como lo desea—Vuestro Obispo.

Salamanca 2 de Agosto de 1875.

## SECRETARÍA DE CÁMARA.

En vista de la urgente necesidad de ejecutar lo antes posible obras de importancia para la colocacion de la tubería y maquinaria que ha de abastecer de aguas potables á esta Ciudad, sobre todo cuando aquellas han de tener lugar en el depósito debajo del agua, con gran perjuicio de las practicadas, si se interrumpiesen, S. S. I. el Obispo, mi Sr., se ha dignado acceder á la súplica del Sr. Alcalde Constitucional de esta Capital, permitiendo trabajar en los dias festivos que ocurran, escepto el de la Asuncion de Nuestra Señora, mientras duren las espresadas obras y sea necesario continuarlas sin interrupcion. Salamanca 31 de Julio de 1875.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo,* Secretario.

## CIRCULAR

**anunciando la Bendicion Papal para el dia de la Asuncion de Nuestra Señora.**

En virtud de las facultades que Nuestro Santísimo Padre el Papa Pio IX por su Breve de 19 de Enero de 1874, se ha dignado conferir á Nuestro Illmo. Señor Obispo para dar la Bendicion Apostólica en el dia de

Universidad Pontificia de Salamanca

Pascua de Resurreccion y en otra festividad de cada año á su eleccion, ha acordado S. S. I. bendecir solemnemente al pueblo en nombre de Su Santidad el dia 15 del próximo Agosto fiesta de la Asuncion de Nuestra Señora, Patrona de la Santa Basílica Catedral de esta Ciudad, y conceder Indulgencia plenaria y remision de todos los pecados á los fieles de uno y otro sexo que verdaderamente arrepentidos y habiéndose confesado y recibido la S. Comunion se hallaren presentes á dicho acto, que con el auxilio de Dios verificará el espresado dia en dicha Santa Basílica terminada la Misa solemne de Pontifical.

Lo que de órden de S. S. I. se hace saber á sus amados Diocesanos para que puedan aprovecharse de tan especial é inestimable gracia, encargando á los Señores Curas Párrocos lo comuniquen oportunamente á sus respectivos feligreses.—Salamanca 2 de Agosto de 1875.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo,* Secretario.

**Resoluciones de la S. Penitenciaría y de la S. Congregacion de Indulgencias sobre el Jubileo del Año Santo. (de la revista titulada Acta S. Sedis.)**

I. An Confessarii absolvere possint pœnitentem, qui jam a reservatis et a censuris absolutus in ea denuo inciderit antequam opera impleverit ad Jubilæum adquirendum præscripta?

R. «*Virtute Jubilæi posse una vice tantum absolvi «a reservatis et a censuris; seu negative.*»

II. Ordinarius quidam exposuit, in sua Diœcesi nonnullas adesse Parœcias rurales et montuosas; in quibus Oratoria Ecclesiæque minores reperiuntur qui-

Universidad Pontificia de Salamanca

dem; sed quæ adeo inter se distant, vel in talium summitate montium possitæ sunt ut notabilis pars gregis ab exequendis præscriptis visitationibus ob difficultatem retrahatur, et indulgentiam propterea Jubilæi non consequatur?

Proindeque indultum petit designandi vel Ecclesiam parochialem tantum vel Ecclesiam parochialem et illa tantum Oratoria, quæ populus satis commode adire possit aliis asperæ et difficilioris viæ omissis.

R. «*Ea tantum designanda esse Oratoria, quæ pu-*«*blico divino cultui sint addicta; in quibus Missa ce-*«*lebrari soleat et quorum visitatio non sit judicio Or-*«*dinarii moraliter impossibilis: iis vero fidelibus qui* «*ob aliquod peculiare impedimentum ea visitare non* «*valeant provisum per Litteras Apostolicas.*»

III. Revmus. Pater Generalis cujusdam perinsignis Ordinis quæsivit, quoad electionem Confessarii, an iste approbatus esse debeat ab Ordinario Loci, vel ab Ordinario Ordinis?

R. «*Regulares juxta Litteras Apostolicas.*» *Gravibus Ecclesiæ* «*ad lucrandum Jubilæum posse sibi* «*eligere quemcumque confessarium, qui tamen sit a* «*Locorum Ordinariis ad audiendas personarum sæcu* «*larium confessiones approbatus.*»

IV. An ille, qui ante Paschatis Octavam vel ante terminum prorogationis ab Ordinario concessæ paschale præceptum haud impleverit, queat post aliquod tempus Jubilæum lucrare unica confessione et unica communione; vel abscisse debeat duas peragere confessiones et duas communiones distinctas; quarum unam pro paschali illius anni præcepto adimplendo, alteram autem pro Jubilæo lucrando?

Universidad Pontificia de Salamanca

R. «*Ad lucrandum Jubilæum requiri Confessio-* «*nem et Communionem a Confessione annuali et a* «*Communione paschali omnino distinctam.*»

V. An concessa nec ne intelligi debeat in Jubilæo Concilii Vaticani facultas illum absolvendi qui complicem absolverit aut falso accusaverit Confessarium de sollicitatione?

R. *Provisum per Litteras S. Pœnitentiariæ diei 25* «*Januarii anni 1875* (1); *hoc est nullam esse concessam* «*facultatem absolvendi a casibus expressis in Constitutione Benedicti XVI. Sacramentum Pœnitentiæ.*»

VI. An fideles, qui juxta Ordinarii dispositionem quinque tantum peragunt visitationes processionaliter ad Ecclesias; teneantur pro aliis decem visitationibus ab Ordinario remissis præscriptas á Romano Pontifice recitare preces?

R. «*Standum esse terminis reductionis ab Episco-* «*po vigore Litterarum Apostolicarum concessæ.*»

VII. Ex S. Pœnitentiariæ responsis certum est haud satisfieri posse præcepto paschali et Jubilæum lucrari unica Confessione et unica Communione; potest ne unus et alter attingi finis duabus Communionibus et unica Confessione?

R. «*Affirmative*; *firma tamen remanente obliga-* «*tione satisfaciendi, si nondum quis satisfecerit præ-* «*cepto annuæ Confessionis.*»

VIII. Ordinarius N. quæsivit a S. Pœnitentiariæ Tribunali an absolvi queant, virtute hujus Jubiiæi, rei rebellionis in Pontificium civile Gubernium?

---

(1) Estas Letras son el decreto que inmediatamente despues se inserta.

Universidad Pontificia de Salamanca

R. «*Affirmative, sub conditionibus expressis in* «*Litteris a S, Pœnitentiaria editis die 1 Junii anni* «*1869 sub. n. 1.*»

Sacra Pœnitentiaria, mandatis obsequens SSmi. Domini Pii Papæ IX, super petitionibus a nonnullis locorum Ordinariis Sanctæ Sedi oblatis, occasione Jubilæi anno proxime elapso, die 24 Decembris indicti, hæc, quæ sequuntur, ex Apostolica auctoritate declarat.

1.° Ne quis fidelium ab Ecclesiarum visitandarum defectum a lucrando Jubilæo impediatur, Sanctitas Sua locorum Ordinariis facultatem concedit, in iis locis in quibus prædictus Ecclesiarum defectus verificetur, designandi minorem Ecclesiarum numerum, seu etiam unam, si unica tantum adsit Ecclesia, in quibus, seu in qua, fideles aliarum Ecclesiarum visitationes peragere possint, eas vel eam visitando iteratis ac distinctis vicibus, eodem die naturali vel ecclesiastico, usque ad integrum numerum in Apostolicis Litteris præscriptum.

2.° Indulget insuper eadem Sanctitas sua ut, durante Jubilæo, fideles rite dispositi absolvi possint etiam a crimine hæresis; firma tamen obligatione abjurandi errores seu hæresim; reparandi scandala, etc., prout de jure.

3.° Declarat vero, vi præsentis Jubilæi, una tantum vice absolvi posse a censuris et casibus reservatis, et similiter semel tantum acquiri posse ipsius Jubilæi indulgentiam; manere tamen in suo vigore indulgentias a Sancta Sede concessas et exprese non suspensas aut revocatas.

4.° Declarat, unica Confessione et Communione non posse satisfieri præcepto paschali et simul acquiri Jubilæum.

Universidad Pontificia de Salamanca

5.° Non posse autem absolvi confessarios, qui complicem absolvere ausi fuerint.

6.° Denique Ordinariis Italiæ declarat in præsenti etiam Jubileo locum habere resolutiones dubiorum ab ipsa S. Pœnitentiaria editas sub die 1 Junii 1869 excepta resolutione dubii sub n.° 14 semel enim tantum, prout dictum est præsentis Jubilei Indulgentia acquiri potest.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ, in S. Pœnitentiaria, die 25 Januarii 1875.—Antonius Maria, Cardinal.—Panebianco, M. P. —Laurentius, Canonicus Peirano, S. P. Secretarius. —Loco † Signi.

1. An inter Ecclesias visitandas recenseri possint Oratoria publica?

R. *Affirmative, dummodo ipsa Oratoria sint publico cultui addicta et in his soleat Missa celebrari.*

2. An ad distinguendas numero visitationes necesse sit et sufficiat ut fideles egrediantur et rursus in eamdem Statutam Ecclesiam ingrediantur.

R. *Affirmative.*

3. An Ordinarius loco Ecclesiarum visitandarum possit designare diversa ejusdem Ecclesiæ Altaria aut cruces per agros erectas, sive erigendas?

*Standum esse Encyclicæ «Gravibus Ecclesiæ» et Litteris Pœnitentiariæ diei 25 Januarii 1875.»*

4. An tempore paschali unica Communio et unica confessio sufficiat pro lucrando Jubilæo.

R. *Ad lucrandum Jubilæum requiri Confessionem et communionem distinctam á Confessione et communione paschali.*

5. An fideles qui comitantur aut sequuntur Capitula, Congregationes, et Confraternitates processionali-

Universidad Pontificia de Salamanca

ter pro lucrando Jubilæo Ecclesias visitantes gandeant indulto eisdem Capitulis et Congregationibus concesso?

R. *S. Pœnitentiaria consideratis expositis de speciali et expressa Apostolicœ auctoritate respondet. Fidelibus cum Capitulis, Confraternitalibus, Congregationibus etc; seu cum proprio Parocho aut alio Sacerdote ab eo deputato Ecclesias, pro lucrando Jubilœo, processionaliter visitantibus applicari posse ab Ordinariis Indultum in Litteris Apostolicis eisdem Congregationibus et Capitulis concessum.*

6. Aliis in Jubileis concedi solet facultas commutandi vota dispensando; in præsenti vero conceditur tantum facultas ea commutandi; intelligi ne potest etiam in hoc casu concessam fuisse facultatem vota commutandi dispensando?

R. *Negative.*

7. In Litteris Apostolicis conceditur facultas dispensandi super prœscriptis ad Ecclesias visitationibus peragendis cum infirmis, in carcere aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis; quæritur nunc ad hunc effectum legitimo impedimento detenti habendi seu ruricolœ, quorum viculi procul a quacumque Ecclesia distant?

R. *Satis provisum per Encyclicam.*

8. Quatenus quatuor in die visitationes præscriptæ in Ecclesia eadem peragi debeant; quæritur nunc ad hujusmodi visitationes inter se distinguendas necesse sit post unamquamque Ecclesia egredi; an vero sufficiat, in eadem Ecclesia manendo, de uno in alium locum transire, aut etiam tantummodo assurgere uti pro Stationibus S. Viæ Crucis vulgo usuvenit?

Universidad Pontificia de Salamanca

R. *Necesse esse egredi ab Ecclesia.*

1. Utrum privilegium concessum in Bulla Jubilæi in favorem navigantium et iter agentium eos respiciat qui, intra præsentem annum non poterunt se recipere ad sua domicilia seu alio ad certam Stationem, quibus proinde tempus visitationum peragendarum prorrogetur, an eos spectet qui se ad sua domicilia aut ad aliam certam Stationem conferre possunt?

R. *Indultum pro navigantibus et iter facientibus, qui impediuntur, quominus currente anno Jubilæi opera injuncta pro lucrando Jubileo exequi possint, extendi etiam ultra annum.*

2. Utrum verba *totidem vicibus*, quibus significatur quoties navigantes et iter agentes Ecclesiam Cathedralem vel majorem aut Parochialem visitare debent. exprimant quindecim tantum vices an vero sexaginta?

R. *Navigantibus et iter agentibus quindecim non vero sexaginta visitationes Ecclesiæ Cathedralis, vel majoris aut Parochialis loci eorum domicilii seu stationis præscribi.*

3. Utrum ubi quatuor Ecclesiarum visitationi unius Ecclesiæ visitatio, quater repetita, ex quacumque causa substituta est, hæ quatuor visitationes unius Ecclesiæ æque uno die complendæ sint ac quatuor visitationes Ecclesiarum an vero juxta arbitrium visitantium aliter et in plures dies distribui possint?

R. *Requiri ut per ingresum et regressum quater per quindecim dies Ecclesia visitetur.*

4. Utrum lucretur Jubilæum qui conditiones præscriptas adimplet in aliena Diœcesi, ubi non habet domicilium, si observet ordinationes Ordinarii loci ubi moratur?

Universidad Pontificia de Salamanca

R. *Affirmative.*

5. Utrum lucretur Jubilæum qui confesionem et communionem peragit in aliena Diœcesi ubi non habet domicilium dum cetera opera injuncta in propria Diœcesi adimplevit aut adimplere intendit juxta modum á proprio Ordinario præscriptum.

R. *Affirmative.*

6. Utrum lucretur Jubilœum, qui postquam partem visitationum peregit in Diœcesi sui domicilii in aliam Diœcesim se transfert, ibi novum acquisiturus domicilium si in ea numerum visitationem juxta præscriptum ordinarii novi domicilii complet?

R. *Affirmative.*

7. Urum facultates quas forte Confessarius sive á S. Pœnitentiaria obtinuit, sive á proprio Ordinario subdelegatas habet per modum habitus pro foro interno et in actu Sacramentalis confessionis tantum eas scilicet vel omnes, vel ex parte quas S. Pœnitentiaria Episcopis concedere solet perdurent etiam tempore Jubilei?

R. *Affirmative.*

8. Quid iis agendum, quí antequam visitationes, prescriptas impleverint mutant domicilium vel quasi domicilium, ratione vg. officii servitii, matrimonii, vel alia quacumque de causa?

R. *Opera incepta uno in loco impleri etperfici posse in alio ubi quis vitam degere debeat ratione officii, servitii vel matrimonii.*

Ordinarius quidam ad pedes Sanctissimi D. N. Pii Papæ IX humillime provolutus, ea quæ sequuntur pa-

Universidad Pontificia de Salamanca

tefecit: Sacram Indulgentiarum Congregationem Sciscitantibus Episcopis an tempore Jubilei solemniter populo benedicere, eique Indulgentiam plenariam nomine ejusdem Beatitudinis largiri possent sub die 24 Decembris anni 1824 respondisse: *Negative.* Qua propter idem Antistes quœsivit ab eadem S. Congreg.

I. An negativa hujusmodi responsio iis ipsis Benedictionibus, etiam tempore nuper indicti Jubilæi sit applicanda.

II. Postulavit ut si ea responsio dictas quoque Benedictiones respiciat, sibi tamen consuetam binam Papalem Benedictionem cum Indulgentia plenaria, hoc ipso Anni Sancti Jubileo perdurante, propriæ Christifidelibus Diœceseos impertiri liceat.

S. Congreg. Indulg. Sacrisque reliquis prœposita sub die 8 Aprilis 1875 respondere censuit.

Ad I. *Negative juxta Litteras Apostolicas diei 24 Decembris 1874.*

Ad. II. *Provisum in primo.* I. Card. Ferrieri Præfectus.—*Dominicus Sarra Substitutus.*

---

Antistes auxiliator Episcopi S. ad pedes SSmi. D. N. Pii Papæ IX humillime provolutus exposuit, in Litteris Apostolicis *Gravibus Ecclesiœ* quoad plenariam Indulgentiam edici: *Annuentes etiam ut hœc Indulgentia animabus quœ Deo in charitate conjunctœ ex hac vita migraverint per modum sufragii applicari possit ac valeat;* ex quibus verbis illi subiisse in mentem sequens dubium: An fideles, qui, expletis necessariis conditionibus, pro lucrando Jubilæo applicare cupiat plenariam

Universidad Pontificia de Salamanca

Indulgentiam pro alicujus anima defuncti et ipse eodem tempore eamdem consequatur Indulgentiam.

*Ex Audientia SSmi diei 25 Aprilis 1875 Sanctitas Sua benigne declaravit Jubilei Indulgentiam* Cumulative *pro se et defunctis lucrari posse.* I. Cardinalis Ferrieri Præfectus. *Dominicus Sarra Substitutus.*

## MISIONES EN LA VILLA DE PEÑARANDA.

Los RR. Padres Fernandez y Mazquiarán de la compañía de Jesús, dieron principio en dicha Villa á la Santa Mision dispuesta por el Illmo. Sr. Obispo, el dia 20 de Abril último, y con el mas grato consuelo podemos anunciar que un inmenso concurso acudió presuroso á oir la divina palabra que salia de los dulces y autorizados lábios de aquellos respetables Padres, quienes indudablemente supieron captarse la voluntad de tantas almas, desde el momento mismo en que tan numeroso auditorio tuvo la dicha de asistir al primer ejercicio de mision; viéndose crecer aquel en los siguientes, merced al celo é interés que por la salvacion de las almas mostraran sin descanso los enviados del Señor. Grandes, en verdad han sido los beneficios y gracias que la misericordia de nuestro Dios, ha dispensado á la Villa de Peñaranda en el espacio de doce dias que los PP. misioneros permanecieron en ella, anunciando incesantemente, lo mismo por la mañana que por la noche, las verdades eternas de nuestra sacrosanta Religion, destruyendo los errores que el monstruo de la impiedad ha procurado por todos los medios posibles esparcir en

Universidad Pontificia de Salamanca

las modernas sociedades, instruyendo á toda edad, sexo y condicion en la verdadera doctrina, absoluta é indispensablemente necesaria á todos para caminar en la perfeccion y conseguir la vida eterna, y único medio de hacer la felicidad de los pueblos. ¡Desgraciadas las almas que hayan reusado tan amoroso llamamiento, señalado beneficio y abundancia de gracias como les há ofrecido el Padre celestial! ¡inmensa será sin duda su tribulacion si en estos dias de salud y misericordia porque está atravesando esta favorecida Diócesis, no quisieren reconocerse ni hacer penitencia y esperasen indiferentes hasta la muerte! Mas por el contrario mil veces felices aquellas almas que inspiradas por las enseñanzas de los Apóstoles de la verdad, hán respondido agradecidas á tantos beneficios, que por su ministerio les ha querido dispensar el Padre de las luces, y hán sabido apreciar justamente el celo é interes con que los Padres misioneros desempeñaran las tareas apostólicas confiadas á su encargo en provecho del bien espiritual de los fieles de Peñaranda. Cábenos el consuelo y satisfaccion de que han sido estos el mayor número de la poblacion, atendido el gran concurso que durante todos los santos ejercicios ha llenado el magnífico y espacioso templo Parroquial, permaneciendo en él con el mayor órden, compostura y atencion; las numerosas confesiones, muchas de ellas generales, que con paternal cariño han oido los respetables misioneros y demás sacerdotes de la Villa y otros pueblos inmediatos, si bien ha sido mayor el número de penitentes en las mugeres que en los hombres; pero abrigamos la esperanza de que purificarán sus conciencias en las saludables aguas de la Penitencia los que no lo hayan verificado en la Santa Mision, durante

Universidad Pontificia de Salamanca

el tiempo del Jubileo del año santo, toda vez que ya dió principio en esta Villa el dia 1.° de Mayo, haciendo la primera visita á las Iglesias designadas, procesionalmente y en corporacion aquel dia y los siguientes hasta completar el número de aquellas; á cuyas procesiones presididas por el Sr. Cura Párroco-Arcipreste, acompañaba el clero y con edificante ejemplo, por su recogimiento y compostura, las hermandades y cofradías con sus insignias respectivas, cuyo número de hermanos y cofrades asistentes, eran de trescientos cincuenta á cuatrocientos próximamente.

Las comuniones generales de mision así de niños, como de jóvenes y adultos fueron tambien concurridas, y celebradas con la mayor solemnidad, y amenizadas con las sublimes exhortaciones de los Padres misioneros, que enfervorizaban á las almas que se acercaban á la Sagrada mesa á recibir el pan del alma. Han quedado estinguidos muchos odios y rencores y revalidadas tambien confesiones sacrílegas. Llegado el dia primero de Mayo por la noche se despidieron como de costumbre los Padres misioneros; durante el Sermon de despedida el numeroso concurso que le escuchaba se conmovió y enterneció de manera que no pudiendo contener el sentimiento y afliccion que se apoderaba de sus corazones por la ausencia de los enviados del Señor, el inmenso gentío que llenaba el Templo prorrumpió en copioso llanto de fervor, cuyas impresiones quedan profundamente gravadas en sus almas.

He aquí los frutos conseguidos en la Santa Mision: ¡Quiera Dios conservarles y aumentarles, para su mayor gloria y salvacion de las almas! concediendo á los

Universidad Pontificia de Salamanca

buenos el Don de la perseverancia, y á los pecadores obstinados el de su conversion.

Han ingresado en la hermandad de Sufragios mútuos del Clero de estas Diócesis los Sres. siguientes:

Números.

513 D. Diego Martín, Ecónomo de Monterrubio de la Sierra.

514 D. Miguel V. Gallego, Capellan de las Carmelitas de esta Ciudad.

515 D. Francisco de la Peña Martin, Párroco de Cañizal.

516 D. Luis Romo Blanco, Ecónomo de Carbajosa de la Sagrada.

517 D. Lorenzo Dominguez, id. de la Catedral de esta Ciudad.

518 D. Sebastian Perez, id. de Masueco.

519 D. Castor Delgado, Teniente párroco de Moríñigo.

520 D. Severiano Lozano Martin, id de Poveda de las Cintas.

*(Se continuará.*

SALAMANCA: IMP. DE OLIVA.

Universidad Pontificia de Salamanca